



AD TITULUM DE LEGATIS  
**PRO PRIMO  
 LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO,  
 CÆSAREAS  
 CONCLUSIONES  
 DEDUCTAS**

**EX  
 NOTATIS AD TITULUM ff. DE LEGATIS,  
 & fideicom.libro 3.**

**PATROCINANTE**

**NOBILISSIMO, AC ERUDITISSIMO  
 DOMINO D.**

**EMMANUELE DE MATTOS**

*CÆSAREI JURIS INTERPRETE ACUTISSIMO, IN COL-  
 legio Regali Collega colendissimo, ac saepe saepius Rectore eme-  
 ritissimo, in Portuensi Senatu Senatore eximio, & pro me-  
 ritis ad maiora fastigia, & dignitatum culmina  
 promovendo,*

Defendendas proponit

**EMMANUEL DE SEQUEYRA  
 SOARES,**

Suoquinto Juris Civilis annodie *27* hujus  
 mensis hora. *17*

**PRINCIPALITER  
 VENTILABITUR:**

*Utr. Incertus de statu suo possit adire hereditatem? Affirmative.*

40

AD PRO PRIMO  
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO.  
CEASAREAS  
CONCILIUSIONES  
DEDUCTAS

EX  
NOTATIS AD TITULUM ET DE LEGATIS  
8. Hippocratis libri 3.

PATROCINANTE  
NORTISSIMO AC ERUDITISSIMO  
DOMINO D  
EMMANUELLE DEMATTOS

CÆSAREI JURIS INTEPBRAE ACUTISSIMO INCOR-  
TELIO Regio College consiliu[m] ac Lib[ri]as Regiae emis-  
sarium in Parisiensi Seminario eximio[rum] f[ab]ro[rum]  
m[od]is ad modum l[ati]gia, et diligenter cum cunctis  
D[icitur] e[st]udib[us] p[ro]p[ri]o[rum] p[er]sonarib[us].

EMMANUEL DE SEGUERA  
20 ARES

PRINCIPALITER  
VENTILABITUR:

U[er]o, i[n]venit de s[ecundu]m u[er]o p[ro]p[ri]o s[ecundu]m Aliq[ui]tatis

# AD TITULUM DE LEG. & fideicom. lib. 3. de perso- nis, quibus testamenti factio denegatur.

*Ad J. C. Ulp. lib. 1. fideicom. in l. 1. in principio, & § 1. cum qua-  
tuor sequentibus hoc nostro titulo.*



1 N C E R T O de statu proprio testamentum facere  
2 prohibetur.

3 Ut incertitudo testandi facultatem impedit, debet  
4 verlari inter extrema, in quorum aliquo incertus  
5 testamentum facere nequeat.

Si in utroque extremo incertus testari possit, incer-  
6 titudo non attenditur.

7 Incertus dicitur ille, qui fluctuat circa extrema, quin  
8 judicium formet.

Miles incertus de statu suo testamentum facere non  
9 potest.

10 Si miles, qui vere erat paterfamilias, autem se esse filium familias, jure mi-  
litari testamentum condat, ad heredem legitimam bona paterna, ad scriptū  
11 castrensis pertinebunt.

12 Erranti circa statum proprium testandi facultas denegatur.

13 Legatus, qui se hostium servum esse credidit, etiam testandi facultate  
14 caret.

15 Deportatus testamentum facere nequit.

16 Unde neque legatum, neque fideicommissum relinquere potest.

17 Appellans à sententia deportationis prolatā testamentum facere non prohi-  
18 betur.

19 Deportatus à Præside Provinciæ ante comprobationem Principis retinet jus  
testandi.

20 Præfectus Prætorius deportandi facultatem habet.

21 Eadem facultate fungitur, qui gerit vices Præfecti Prætorij.

22 Præfectus urbis similiter deportandi potestate gaudet.

23 Per sententiam prolatam à Præfecto Prætorio statim civitas amittitur, & testa-  
mentum annullatur.

24 Idem dicimus de sententia Præfecti urbis, nisi ab ea appelletur.

25 Ante, & post confirmationem Principis potest à sententia Præsidis appel-  
lari.

- 19 Praeses Provinciae nequit (in consulto Principe) sententiam deportationis exequi.
- 20 Similiter non poterit (in consulto Principe) executioni mandare sententiam capitalem prolatam contra Decuriones, vel eorum filios.
- 21 Deportato, & praesentia, & futura bona confiscantur.
- 22 Inspecto jure novissimo, non fit locus fisco, quando deportatus ascendentibus, & descendente habet.

## DE INCERTITUDINE CIR- ca proprium, & testatoris statum.

*Ad Eundem J. C. Ulpian in d. l. i. in principio hoc nostro titulo, & ad J.C. Paulum lib. 59. ad edictum in l. qui hereditatem 19. ff. de acquirend. hereditate.*



- 1 N C E R T U S de delatione hereditatis eam adire nequit.
- 2 Magni ponderis agitatur quæstio, utrum scilicet incertus de statu testatoris possit adire hereditatem? Negantium adlubescit assertio.
- 3 Incerto de statu proprio nihil est, quod aditionem impedit.
- 4 Dubitans circa vires testamenti hereditatem adire nequit.
- 5 Incertus, an mulier testatoris sit prægnans, similiter adire non potest.
- 6 Qui dubitat, purene, an conditionaliter sit institutus, non potest adire.
- 7 Incertus, an conditio, sub qua institutus est, sit impleta, inutiliter adit.
- 8 Idem dicendum est de incerto circa partem, in qua institutus est.
- 9 Dubius de morte testatoris hereditatem adire prohibetur.
- 10 Incertitudo circa causam adeundi impedit aditionem.
- 11 Dubitans, an possit adire, non potest repudiare.
- 12 Qui certus est sibi, & testamentariam, & legitimam hereditatem competere, si illam repudiet, istam repudiare non censetur.
- 13 Si vero legitimam repudiet, utramque repudiare præsumitur.
- 14 Incertus, an institutionis, an substitutionis jure sibi competit hereditas, non potest adire.
- 15 Quandiu institutus admitti potest, substituto locus non fit.

D E

